



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi
Sacramenta Tempore pestis**

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

6. An tandem clericum inferioris ordinis vel etiam laicum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

demus obseruari, vt nemo illa ministret,
nisi qui simul conficiat: Sed Diaconus non
potest hoc sacramentum conficere.

R^e. Magnam esse rationem diuersitatis:
In aliis enim sacramentis non distinguitur
vsus ab ipso sacramento, & ideo cui datum
non est, vt possit conficere sacramentum,
eidem prohibitum est, ne possit illud dis-
pensare, non enim possunt illa duo separa-
ri: hic vero effectio & collatio sacramenti
sunt res distinctae & separabiles, & ideo
non est necesse, vt cui data non est pot-
estas conficiendi, sit semper prohibita dis-
pensatio.

QVÆSTIO VI.

*An tandem clericum inferioris ordinis, vel
etiam laicum?*

Quæstionis explicatio.

Potest accidere, vt grassante & saeuiente
peste, Sacerdotes & Diaconi, aut peste
sint infecti, aut mortui, aut absentes, sint
autem alii clerci, vt Subdiaconi, Acolyti,
& similes, vel etiam laici pii & sacrarum
cæremoniarum periti: Quæritur eo casu,
an licebit huiusmodi ministrorum opera
vbi?

V

Responso.

3

Responso.

HAc tenus dici solet non licere, quia videtur esse contra ecclesiæ consuetudinem, hodie tamen (*a*) plures opinantur licere, quia non est ex natura rei malum, neque contra reverentiam sacramenti, ne*Caiet. in c. que aliquo precepto diuino aut ecclesiastico prohibitum. Non primū, quia certum est, fideles aliquā solitos hoc sacrum manibus sumere. Non secundū, quia supponitur ex parte suscipientis necessitas & dispositio sufficiens, & ex parte ministrantis reverentia debita & necessitas, quia non est alius qui ministret, nulla ergo sit sacramento irreverentia. Neq; potest dici malum, quia diuino iure prohibitum, nullum enim tale ius est: Neque etiam quia ecclesiastico, siquidem nullum est quod specialiter de hoc necessitatis casu loquatur; nam & iura quæ generaliter loquuntur, semper hunc casum exceptare cēsenda sunt, ut patet de excommunicatis, schismaticis, &c.*

Dices primo: Est contra ecclesiæ consuetudinem.

R. Ecclesiæ consuetudinem eandem recipere interpretationem, quam iura quæ generaliter loquuntur; ad summum enim habet vim legis positivæ, & hic casus rarus est, ut de illo non possit dici consuetudo.

*a Zuar. tom. 3. D. Th. disp. 72. sect. 3
Caiet. in c.
26. Matth.
Zaverb. Eu-
charistia,
num. 32.*

tudo introducta: nam si quando occurrit,
interdum etiam legitur datum hoc sacra-
mentum à laico.

Dices secundo: Licebit quoque & illo
casu laicum in peccato mortali existentem
aduocare?

R. Licebit primo, quia æger petit actio-
nem honestam & sibi necessariam, quam
ille honeste & laudabiliter si velit, facere
potest. Secundo, quia laicus in simili neces-
itate ministrans in peccato mortali, non
peccat saltem mortaliter, ut plures (a) Do-
ctores afferunt. Sic ut nec laicus baptisans
propter similem necessitatem in peccato
mortali. Neque obstat, quod communiter
dici solet illum, qui dispensat hoc sacrum
in peccato mortali peccare mortaliter, quia
id intelligi debet de soleni administratio-
& que fit à ministro ad id cōsecrato; Et con-
sequenter non est verum, quod dicit (b) Pa-
ludanus idem esse dicendum de sacerdote
ministrante hoc sacramentum in simili ne-
cessitate, quia cōmunitatis opinio est illum
peccare mortaliter, quamvis interdum po-
tent exculari propter naturalem inaduer-
tentiam, quæ prouenire posset ex nimia
sollicitudine, quæ in huiusmodi necessita-
te à timoratis & prouidis paitoribus subin-
de adliberi solet.

V 2

Q V A

^a Palud. in^{4. dist. 3. q. 2.}^{cōcl. 3. Zuar.}^{in 3.D. Tho.}^{dis. 72. sect. 4.}^{§. Sed obit-}^{cies.}^{b. supr.}